

Frugalitate, & Parsimonia.

A Lacedamonii, Samis rogantibus pecuniam eis ad regresum dari, consilio decreverunt unam diem, & se, & servos, & animalia jejunare: & quantum expendisset quisque, tantum dare Samis. *Arist. in Oecon.*

Agorum locatione.

MAGNUS Mofcorum Dux ingentem exercitum longo tempore sustentare potest, neque enim militibus suis stipendia largitur, sed agros illis exiguo precio elocat, quo beneficio operam militum demeretur. *Guagn. cap. 3. Moscorum.*

Nunifmate adulterino.

TIMOTHEUS bellum gerens adversus Chalcidenses, una cum Perdicca, Cyprum a Macedonia numismate permiscens, infigne percussit, quod pristinas quinque drachmas valore exquaret: ejus quarta pars constabat argento, reliquam are vitioso. Ad hunc modum abundans stipendiis, perfuatit mercatoribus, & ejus regionis incolis, ut are venditiones, emptionesque contraherent. Sic mutuo res commutantes, nihil ex illo numismate retinuerunt, sed illud quasi circuitu quodam in militare stipendium rediit. *Polyen. lib. 3. cap. 4. & Arist. in Oecon.*

B Idem cum in Atticis castris maxima esset nummi raras, fuisse mercatoribus, ut ipso sigillo pro numismate uterentur, discendentes vero, sigillum, & argenteum acciperent. Crediderunt mercatores, & forum militibus praebuerunt ob ducis sigillum. Discendentes ipsis, ad extremum abundans pecuniis Timotheus, constitutum precium persolvit. *Idem.*

Clazomenii are preffi alieno, percusserunt nummum ferreum, qui argenti haberet rationem, xx. talentorum: deinde dantes distillim civitatis, cuilibet suo ordine, argentum ab illis receperunt aequale. Quare privati habuerunt ad quotidiana usus impensas, & civitas a debito fuit liberata. Secundum vero ex proventibus illis stenus restituerunt, semper dividendes unicuique in parte dabant, illi autem ferreo nummos reportabant. *Arist. in Oecon.*

Romani bello Punico primo, cum impensis Resp. non sufficeret, libra aris pondere imminuit, quinque partes lucri fecerit, atque alienum dissolvere. Postea Annibale urgente, Q. Fabio Maximo dictatore pondus iterum imminuit, & dimidium lucrata est. *Resp. Plin. lib. 33. cap. 3.*

Bello Granatense, Enictus Lupides Comes Tendillanus, dux insignis, qui Alama urbi praerat, in summa rei pecuniaria desperatione à Rege Ferdinando, & Isabella decreta jam stipendia simulabat se in horas singulas spectare, & ut bono animo ferret, hortabatur, pollicebaturque se daturum interea non veras, sed imaginarias pecunias, quibus inter se rerum venalium commercia exerceret, fide sua interposita, umbratiles illas pecunias veris se redempturum. Ex charta igitur panucea fecit schedulas sua manu, atque subscriptione signatas, quibus imposuit nomina, precium quantum quaque fit valitura, quasdam vocans nummos aureos, quasdam argenteas, quasdam aereas, & in unoquoque genere plures differentiae, putâ assis, semisses, trientis, quadrantis. Jussit ut nemo supposititias illas pecunias recufaret. Ex illis fictitiis pecuniis stipendia militibus persoluta sunt, & per illas emptiones, venditionesque factae, tanta fuit Comitibus auctoritas, atque reverentia. *Nebrißensis Dec. 2. lib. 3. cap. ult.*

Asiatica expeditione facta, cum Venetorum classis Tirum obdens procul domo esset, pecuniarum defectu stipendium reddi nequiret remigibus, & sociis navalibus, ex loro pecuniam publicata nota signasse Dominicus Michael Dux traditur, quam pro aurea, & argentea certis distinctam charactribus, in stipendium navalibus numeravit turmis, pollicitus fore, ut mox domi pro alutinis aurei, & argentei pari numero habentibus representarentur nummi. Atque ita post reditum publica est omnibus fides persoluta. Quae res ut monumentum esset ad posteriores, aurei nummi dicuntur gentilibus signis ab eo illati. *Sabell. lib. 4. Enn. 9. & lib. 6. cap. 8. Exemplor.*

Galli Venetis, & Sfortianis Novariz obfessis, cum summa pecunia inopia laborarent, aereos denarios pro argenteis à duce suo acciperent, data fide, totidem argenteos perfecto bello accepturos. *Jovius lib. 3. Histor. & Bembo lib. 2. Hist. Veneta.*

Præda, & Captivorum liberatione.

Simon Milciadis, rebus suis gestis inter pocula commemoratis, hoc unum consilium, ut solertissimum proposuit. Cum magnum numerum Barbarorum, qui capti Secti, & Byzantii fuerant socii denunciasset Cimoni, ut divideret, atque ille hinc captivos, illinc, quae illi gerebant corporibus,

ornamenta posuisset: inquam partitionem quaestus sunt. Ibi jussit ille eis, alteram portionem sumerent. Quam ipsi reliquissent, ea fore, ait Atheniensis contentos. Audite Samito Herophyto, ut res Perfarum praepertis deligerent, illi ornamenta ceperit: Atheniensibus reliquerunt captivos. Atque in praesentia quidem ridiculus divior habitus Cimone est: quod lociarias armillas, catellas, torques candayas, & purpuram ferrent: Atheniensibus vero nuda cederent corpora male ad laborem comparata. Verum brevi post captivorum amici, & propinqui ex Phrygia, & Lydia venientes, singulos grandi pretio redemerunt. Unde Claesem quatuor menses aluit: insuperque non parum Reipubl. ex redemptione illorum superfit auri. *Plut. in Cimone, & Polyen. lib. 1.*

Cyzicenisibus ad invicem dissidentibus, superior evasit populus. Itaque divitibus captis, ii, qui debebant pecuniam militibus, statuerunt non interimere captos: sed ubi pecuniam dedissent, expellere. *Arist. in Oeconom.*

PHILIPPUS Macedonum Rex, cum Byzantina obfidio in longum traheret, nec haberet unde exercitum uni urbi affidentem aleret: maris laticinio aliquandiu stipendii inopiam levavit, clxx. navibus merce onustis, aut hostiliter direptis, aut ne vexarentur, ad libitum expulatis. *Sab. lib. 3. En. 4.*

AGESILAUS in Asia contra Tisaphernem militans, simulata in Cariam expeditione, justitio uribus commeatum comparare, cum omnes hostium vires candida bellice simulatione eodessaxisset: ipse in Phrygiam repente impetum auerit, sociorumque copiis in itinere assumptis, multas hostium urbes improvise accessu cepit, captas diripuit. Dicitur est brevi univertis exercitus, multiplici hostium præda, & equitatus frequens quaestus, cum ab initio nullus esset. Exercitum dein Ephesum deducto, omnes copias militari meditatione exercuit: forum interea armis, equisque venaliis plenum: Araxi fabri, Coriarij, Pullones certatim bellica parabant arma: ita ut verè à quibusdam urbs ipsa per id tempus fit Martis officina nuncupata. *Sab. lib. 9. En. 3.*

TIMOLEON Corinthiis, dissoluta Dionysii tyrannide in Sicilia, cum rei pecuniaria indigentia laboraret, ut militibus, quos conducebat, stipendia minus posset persolvere, ducibus, qui ad hoc idonei videbantur, mille armatos dedit, imputaque, ut in Cartaginensium provinciam excursions facerent. Hi latissimum terram populati, cum præda ingenti redierunt ad Timoleontem. Qui facta auctione, pecuniam magnam recepit, indeque militibus, multi temporis stipendium dato, satisfecit. *Diod. lib. 16.*

COYS Thrax petebat à Perinthiis sibi mutuo dari pecunias, ut suum congregaret exercitum: Perinthii vero illi dare recufarunt. Tunc eos rogavit, ut viros e civibus sibi darent ad custodiam quorundam locorum, ut militum opera, qui tunc illa custodirent, uti possent. Hoc cum illi fecissent, arbitrantes se futuros locorum dominos, eos Coys in custodia tenuit, praecipitque eam pecuniam dari, quam ab illis mutuo petierat. *Arist. in Oecon.*

CONSERVANDO.

Vide Tit. Milites animare metu paupertatis.

Obfessio Patavio ab Imp. MAXIMILIANO exercitu, Veneto aurum in stipendia militum naviculis misere ad Medoacium ostium, quod est ad Fossam Clodium. Ibi equites Epirote ex oppido noctu emisisti recenti, eam stipem acciperent, atque inter se ita diviserunt, ut qui velocioribus equis uterentur, eorum quisque ejus pecuniae partem ferret, ut si hostes in reditu eos adorirentur, reliqui prælium committerent, impetumque sustinerent: si fuga hostibus ciperent, atque in oppidum contendere persequerentur. Epirotas autem equites Lucius Malvotius Bononiensis eum equitibus gravioris armaturæ ducentis paucis esse post horis sublequutus, ut cum illis revertentibus se conjungeret. Atque ut hostes, si se adorirentur, eluderet, duos magno opere valentes mulos sacculis aeneis ad speciem, atque similitudinem pecuniae dorso impositis, medio in agmine secum duxit: qui quidem muli magno ei usui fuerunt. Hostes enim per exploratores de ea equitum protectione certiores facti, medio fore in itinere ingenti equitatu circumfuso ita se undique in Venetos redeuntes intulerunt, ut is, qui stipendium ferebant, facultas fugiendi non daretur, fed omnes pleræque sese defendere, manusque conferere cogerent. Verum enim vero ubi illos in multis sacculos medio in prælio viderunt, eam illam esse prædam, quam

quam peteant, rati, magna se pars ad eos capiendos convertit, ut reliquis minus negotii ad se defendendos relinqueretur. Epirotae autem, qui cum mulis erant, neque nummos ferebant, ut hostes longinquis ab reliquis abducerent, quemadmodum Lucius initio constituerat, fugae se finitiorum per campos una cum illis rapim dederunt. Quos quidem hostes plura passuum millia consecquerunt, tanta celeritate uti tamen non poterunt, ut eos assequerentur, quoad emisisset oppido equitatus salutem, atque praesidio illis fuit. *Bembo lib. 9. Hist. Venet.*

ANTONIUS Leva Casarianorum dux, cum à Francisco Galorum Rege Papiae obsideretur ad magnas rei nummariae difficultates redactus, emissis crebris nunciis pecuniam à Piscario, qui Laudi Pompejanae erat, vehementissimè flagitabat. Intromittenda verò pecuniae cum nulla omnino via, portis ab hostium custodia praescriptis, ostenderetur: modum Ferdinandus Davaul Piscarius invenit, quo militum animos Antonius, vel inclinatos ad deditionem opportune confirmaret. Transigerant ad Regem veterani duo milites Hispani: Ciferius, atque Romerius, supplicium veriti: quoniam inimicum notum militem in castris interfecissent. Hos Piscarius per idoneos homines perpulit, ut ejus homicidii noxam insigni faciendo ad certum navatae operæ premium expiarent. Credebat transfugis rex Gallus, quos liberaliter susceperat, cum ex captivis eos perpetrata cede supplicium effugisse didicisset. Ergo illi accepta fide, Piscario operam pollicentur: & ex nocturna executione ad praesentium locum à Piscarianis aurum accipiunt, id tunicis insutum occultant: & posttidie, cum à Tacienfibus porta egressi quotidiana exercitatione ceteraretur, ad pugnae locum procurant: sese signo dato Tacienfibus permittunt, & intra portam cum mutua letitia recipiunt. Horum beneficio Antonius singulos aureos nummos singulis Germanis militibus dividit: addiditque per amplis promissis, auxilia brevis ex Germania in Italiam perventura. Quibus nunciis cum falla veris abundè permisceret, milites solito alacrioris ad ferenda obfidionis incommoda redditi fuerunt. *Jovius in Piscario lib. 5.*

SIMULANDO.

Consule Tit. Seditionem Casansem prohibere, ne oriantur ob non soluta stipendia. Simulationis enim finis illic per se perpenditur, hic per accidens tantum.

Stoici.

QUI FUERINT. UNDE. &c.

STOICI erant Philosophi, qui *στωικω* appellati fuerunt, id est, à porticu, in quem convenire, ac disserere consueverant, quae porticus Athenis erat celeberrima, dicta Pœcile à varietate picturae, Graecum enim *στωικω* varium dicitur, eamque pinxit gratis Polygnotus. Differebant hi à Peripateticis, quorum principes erant Aristoteles: qui hoc nomen habuerunt, eo quod in Lycæo, quod erat gymnasium celeberrimum, inambulantes disputarent veluti in Academia Plato.

Hos philosophorum maximos, & praecipuos censent veteres. Eorum princeps, & caput fuit Zeno Cirticus, sive Cirtius, à Cirtio Cyprî oppidulo, unde & hi Philosophi primi Zenonici appellati fuerunt. Hujus sectatores fures, & auditores, Pericles, Cleanthes Asslus, Aristo-Chius, Athenodorus Solensis, Sphaerus Bosporanus, Chrystippus Solensis, Diogenes Babylonius, & alii plures, de quibus vide *Just. Lipsum, s. i. manu dictionis ad Stoicam Philosophiam. Dissert. 10. & 12. qui etiam eodem lib. praeterim dissertatione 16. recensent eos laudes, quid nempè in singulari Philosophiae partibus praestiterint.*

Stratagemata.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

STRATAGEMATA Graecis dicuntur à *στρατηγία*, quod est exercituum ductio, suntque astutiae militares, sive facinorosa egregia, quae consilio potiùs, quam viribus geruntur. Hinc *Cicero de Nat. Deor. Consilium illud Imperatorum fuit, quod Graeci στρατηγικον* appellant, sed eorum Imperatorum, qui patris consulerent, vix non parcerent.

Scriptit hoc argumentum FRONTINUS, & stratagemata vocat, omnia ducum, & Imperatorum gesta, quae singulari solertia, ac prudentia, vel opprimendo, vel in cavendo hoste excogitata sunt, unde & ex belli situ, loco, tempore, materiam suam deducit, & Titulorum locos ante pugnam, in pugna, post pugnam, tandemque in obfidionibus urbium. *Polyzenus*

etiam libros edidit de eadem materia, eosque secundum personas dividit.

Exempla Stratagematum quæ in Locis de Aciæ & Bello, Infractis, Militibus, Consilio, Disciplina militari, Fortitudine, Astutia, ne hoc loco eadem repetenda sunt.

* Strena.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

STRENA quam Graeci *εἶνος* vocant, est munus, quod datur die festo, dictum vel à strenuitate, vel quod esset sine threno, id est, lectu: dabatur enim certa solemnitate, v. g. Kalendis Januarii, idque in signum gratulationis, & cum voto, vel appreciatione, vel in ludis publicis. *Abeneus l. 3. strenam* *εἶνοσιν* a munusculum vocat. *εἶνος*, autem delicias significat. Festus strenam à trena dictam vult, sive trina, quod follicet velimus ternum, sive trinum munusculum dari. Prior fasilis Etymologia est magis ad rem, dictas strenas quasi strenuas, quod ab inferioribus dari soleret viris strenuis.

ORIGINE.

Strenarum origo quibus felicem ominatur annum, ipsius primo initio à Tatio Rege dicitur mansisse, ab exordio Martiae urbis, ait Symmachus.

VARIETAS. Sic donatae

HERBÆ.

Teste eodem SYMMACHO, *lib. 10. cap. 20. TATIUS* Rex strenæ loco accepit verbenas felices arboris ex luco Deae strena, cupus etiam meministi. *Augustinus. l. 14. c. 6. de Civit. atque* exinde mox strenarum inolevit, verbenae autem felices arboris, erant Laurei rami, quos omnis causa in ignem conieciant, & Imperatorum foribus appendebant. *Tib. lib. 2. eleg. 5.*

Ut succensa sacris crepitet bene Laurea flammis, Omne quo felix, & sacer annus eat.

PUGILLARES.

De pugillaribus, qui Kal. Jan. ad amicos mittebantur, *Claudian. lib. 3. Siliis. Tam virides parvos, & cætera colligit Austri Prodigia, immanesque simul Latonia dentes, Qui scissi ferro in tabulas, aureoque micantes, Inscripsi rutilum calato consule nomen Per proceres, & vulgus cant.*

STIPES.

Strena illa verum fuerunt quoque stipes aureæ, unde *Ovid. Tu sames auspicio cur sit stipes utile quaris.* *AUSONIUS: Curam pro strenis exhibuisse tuis.*

POMPONIUS: *Asside, si qua ventura est alia strena strena.*

QUANDO DATÆ, ET QUIBUS? PATERE IMPERATORIBUS.

Verbo insinuamus, dari isthæc munuscula solere Kalend. Januarii. Ita de AUGUSTO memorat *Suetonius*, quod & absenti in Capitolio strenæ datæ sint Kal. Januarii. Omnes, inquit, ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro salute ejus stipem praebant. Kalendis Januarii strenam in Capitolium etiam absenti.

TIBERIUS populo strenas reddidit in quadruplum. Senatores ad *διεπων* sellam CALIGULÆ *ἀργυρον κεραιδων*, *H ait. Dio. l. 56. argentum deposuerunt. Lege Dion. lib. 54. Suetonius in Tiber. cap. 34.*

TIBERIUS prohibuit strenarum commercium, ne ultra Kal. Januar. exerceretur: consueverat & quadruplum strenam, & de manu reddere.

CALIGULA edixit, & strenas incunte anno se receptorum, stetitque in vestibulo aedium Kalend. Januar. ad capiendas stipem, quas plenis ante eum manibus, ac fuis omnibus generis turba fundebat.

SYMMACHUS Valentiano, Theodosio, Arcadio Impm. strenas dedit, patetam cuique auream, & quinos in quaque patera aureos.

MAGISTRIS. PRINCIPIBUS.

Discipuli ipsi Magistris dabant Kalendaria, & strenas, Provinciales Praefidi suo offerebant Strenas Kalendaria. *Hieronimus ad 8. Ephes. Novella 1. Leonis, & Majorianis: de Curial. Popu.*

Populus Romanus Principi Kalend. Januar. strenas dabat. A Lauri folia, & carices, ut *Cassianus Bassus* in *Geoponic.* Hoc item dicitur, inquit, de Lauro, fanctatis efficitricem esse, quare, & Magistratibus folia Lauri dabantur à populo Kalendis Januatis, & carice.

Seneca epist. 88. Pugillaria, & caricæ quodiè mihi novum annum faciunt: quia pugillaria, & caricæ novo anno dabantur.

ETIAM IN LUDIS DATÆ.

METELLUS vetus Poeta in Quirinalibus agens de strenis, quas Philippi Imperatores Ludis suis dederunt;

*Strena præterea mihi
Plures aureole munere regio,
Janu principis auspicio data
Fauslo temporis omnia,
Ut ferret ducibus strenas strenis
Annis gesta recentior.
Illa nobilitas Caesaribus piti,
Rex dignis procerum dabat.
Ovis quas Latia tum juveni dedit
Rex Titus Tatius prior.*

*Festas accipiens dicitur munere,
Verbenas studiis patrum.
Soleas passeritas, quas creat annuus,
Servant dona tamen notam
A ludo veteri nomine Strenue.*

CELEBRATIONES STRENDARUM.

Prædie Kalendarum dona ferebantur per urbem; quæ mensam ornare, & ornate possent. Hæc ab optatibus mutuo sese honore efficiendis, alia ab inferioribus mittuntur ad proceres: atque ab his etiam ad illos: cum hi quidem colant illorum potentiam, illi vero cultores suos deliciarum suarum participes faciunt. At vespera cum ad venit, rari sunt, qui cubitum discendunt, pleraque pars in canticis, tripudiis, & jocis noctem agunt. Alii per ludum, & jocum eos, qui in tabernis sunt, & officiis inclamant, & fores pulsant, nec quietere patiuntur, &c. Deinde cum Aurora subluere, & gallus cantare coepit, tum vero alii ramis Lauri, aliisque coronamentis suas, & quæ fores ornant, alii circum fana produunt cum bonis verbis equorum altorem, nitidi in vestimentis, partem majorem purpureis, multaque faces prælucent. Equitem sequuntur ministri, qui nunquam in populum spargunt. Ubi autem sacris operati fuerint, qui equos alunt ad certamina, pergunt ad principes, & officio eorum palatino distribuunt aureos. Senatus præsens hanc fieri videt largitionem, & verò ipse facit. Nam ex Senatorum manibus hi nummi veniunt officio. Principes quoque ipse tunc osculatur civem, aurum dans, & accipiens. Enimvero & ad alios undequaque aurum affluit, dum patroni Principem imitantur, qui dat, & accipit alii dant, neque accipiunt, in quo genere sunt discipuli, qui mercedem festi gratia solvunt. Ac die jam orto alii pergrationes nocturnas ebrietate, & crapula testantur, & totum diem stertunt, at qui politiores sunt, curam habent strenarum, ac munerum missificationum. Horum plerique dona mittunt amicis per ambulationes, & angustas pompaticè aliqui majorem partem remittunt, alii nihil, atqui omnia remittit, hic datori rein gratissimam facit. Hæc talia Kalendis fieri solita. Postridie vero Kalendari Strenarum illud commercium cessat, & mors est domi se continere. Tum alea ludunt domini promiscuè, & famuli, neque servo tunc periculum ullum, si quid forte cessarit. Sed & si quid madidus vino fuerit, vitio ei non datur. Et verò etiam si quis alius pedagogus ferus, at tunc quidem certè ferus non est, & Doctore, si quis paulò asperior, remittit aliquid de asperitate. Nam dies æquam dat omnibus libertatem. Flagella, & verbera cessant, omnia plena pacis, libertatis, voluptatis, neque admodò pauper est, qui non lautiori cibo expleatur. Scatet enim huiusmodi epulis tempus illud, & in omnium manibus omnia, sunt perinde ac si terra profunderet. At 3. Non. Januati junctunt Circensès quadrigæ; & magnamque certamen de victoria, magna in circo frequentia, & post Circensès balinæ deinde mensæ, in mensis tessera, ac tali, ut nonnulli his contentio circa hæc cum die noctem consumat, neque infomnia eis molesta est. Dies quartus vigorem festivitatis elidit, at profus extinguere ne sequeus quidem dies potest, sed tanquam aura quadam venti leviter adhuc spirantis tempus hoc Kalend. etiam tunc homines tenet in oblectamentis, & si non tam, ut ante apertis, ut vix tandem pigreque suo quisque operi manum admoveat, velut equi longo tempore otiosi cum

jugo subduntur, & simul, atque ad pincernam quique suum accedunt, ut idem festum sibi rursus intueri liceat, precantur. E. Ita *Libanius* in *expressione* Kalendar.

VETITÆ CHRISTIANIS. QUÆ.

Kalendas illas Januarias P. *Chrysologus* Ravennas, qui sub *Martiano* Augusto vixit anno salutis 450. *serm.* 155. insectatur, & ante eum *D. August.* *serm.* de *Kal. Januar.* In istis diebus miseri homines; & quod pejus, aliqui baptizati sumunt formas adulteras, monstrosas. Alii vestiuntur pellibus pecudum, assunt alii capita bestiarum gaudentes, & exultantes, sic ut taliter in ferina specie esse videantur. Jam verò illud, quàm turpe est, quod viri nati, tunicis muliebris vestiuntur, barbaras facies præferunt, & videri femine volunt sunt qui Kal. Januar. aurgia ita observant, ut focum de domo sua, vel aliud quodcumque beneficium cuiuscumque petenti tribuant; diabolicas etiam strenas & ab aliis accipiunt, & ab ipsis aliquid, alioqui etiam rusticis mensulas in ista nocte, quæ præterit, plenas multis rebus, quæ ad manducandum sunt necessaria componentes, tota nocte sibi copiosas esse volunt, credentes, quod hoc illis Kal. Januari præstare possunt, ut per totum annum conviviam illorum in tali abundantia perseverent. Quis enim sapiens poterit credere esse aliquos, qui cervum facientes in ferarum se velint. habitum commutare?

S. Maxim. *Taurin.* *Hom. de Circumcisione.* Vis edoctus universas Kalendaram superventionium vanitates declinare, cum vir virinum suarum rigore mollior totum se frangit in feminam, cum homines, aut in pecudes, aut in feras, aut in portenta se transformant, cum vultum humanum iugale lordium, & adulterina fœditate deturpant per facilligos jocos? *Cosmole S. Maximus,* *in Honil. de Kalend. Januar. Tridiat. 20. & 21. in append. rom. opusum B. August. in fine.* Nemo in Kalend. Januarii nefanda, & ridiculosa veclitas, aut cervulos, aut jolicos faciat. Cervulum facientes cervi pelle tegebantur.

Solebant autem pii Christiani eo die jejunare, in detestationem gentilitæ superstitionis, ut docet *D. Ambros.* *serm.* 17. *in Concil. Tolet. 4. can. 10.* Qui vero contempto jejunio festum diem cum paganis agebant, illis Romanum Concilium sub *Zacharia* Pontifice anathema dixit, c. *si quis* *Kalend. 26. q. 7.*

Quare si quis hodiè velit honorem Jani, vel Strenæ Deæ epulis vacare, aut strenas mittere, vel accipere, is est idolorolatra: si id faceret tantum, ut omen certum prosperi eventus acciperet, fore vera observantia mixta divinationis, plerumque mortalis culpa: si tantum id faceret, ut incertum omen, vel augurium, peccatum esset veniale: si animi tantum causa, vel amicitia conferendæ pro consuetudine Christianorum, nullum esset peccatum: immò id faceret in honorem Circumcisionis Dominicæ, quam tunc celebrat Ecclesia, mereretur coram Deo. Nam hodiè cessant exolitæ Gentilium superstitiones, quæ tam rigide sanctionis Canonum causa fuerunt.

* Studium.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

STUDIUM, Græcè *studion*, & *studiosus*, studiosus, *studiosus*, studeo dicitur. Est autem studium, vehemens applicatio animi cum magna voluptate ad aliquid agendum, *secund.* H. *Cicer. lib. 1.*

Studium importat vehementem applicationem mentis ad aliquid, & principaliter ad cognitionem. Secundario autem ad ea, in quibus homo per cognitionem dirigitur, *secund.* H. *Thom. 2. q. 166. art. 1. C.*

Studiositas est virtus, cujus principalis materia est cognitio, secundaria autem alia, *secund.* *vand. ibid. q. 166. art. 2.*

Studium Hebraicè *Hililab*, & *Mabala*, à verbo *balal*, infantiliter loquutus est, auferens, & conatus est aliquid infantium, & balbutientium more. Quid enim aliud sunt humana studia, & molimina, quam infantiles nugæ, & meræ vanitates?

Studium est assidua, ac sagax retractatio cogitationis aliquid involutum explicare nitens, vel scrutans penetrare occultum. *Ibidem.*

STUDII AMOR.

Ovid. 1. Trist. 1.
A Quot fruteses silvæ, quot fluvius Tybris arenas,
Mollia quot Martiis gramina campus habet.
Tot mala pertulimus? quorum medicina, quisque.
Nullanisi in studio est, Pieridumque mora.
Idem *Ovid. 1. Pont. 6.*
Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum,
Tempus est assueta ponere in arte juvat.
Saucius evitat pugnam gladiator, *In idem*
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Nil sibi cum pelago dicit fore naufragus undis,
Et ducit remos, quæ modò navit aqua.
Sapiens ille vir Græciæ DEMOSTHENES cum expletis 107. annis se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere, quod egredieretur de vita, quando sapere coepisset. Plato 80. anno egredieretur de vita. Socrates nonagenarium octavum in doctendi, & scribendi labore complexit. Refert *Homerus* quod de lingua Nestoris jam vetuli, & penè decrepiti dulcior melle oratio fluxerit. *Hugo lib. 3. Didasc.*

POMPONIUS libro Pandectarum XL. de fidei commissis B libertatis apud Julianum, inquit: ego dicendi cupiditate, quam solum vivendi rationem optinam, in octavum, & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum hujus sententiæ, quam dixisse fertur Solon. Esti alterum pedem in sepulchro habere, adhuc dicere quædam vellem. *Erasm. in Adag.*

MICHAEL Imp. Constantinopolitanus studio aurigandi neglectit imperium. Cum enim quodam tempore in curra confedisset, jamque efferent carcero emittendi, nunciis allatus fuit, ab Amere Saraceno prætorio Melitrenæ immineere magnum malum. Tum Imperator torvo vultu, quoniam modo, inquit, ausus es, fecisse, mihi tam necessariis certamine occupato molestus esse? cum in hoc unum incumbere, ut eum, qui medium tenet vellem partem avertam, de quo mihi totum hoc certamen est. *Cædren.*

DE CORVINO Philofopho Persius scribit *Sat. 1.*
At teneturis juvat impalescere charis:
Cultor enim juvenum purgatas inseris aures
Fræge Cleanthea.
Vide Locum de *Assiduitate*, *Diligentia*, *Exercitatione*, *Peregrinatione*, *quatenus ob studia suscipitur.* *Academia.* *Bibliotheca*, & *similes.*

COMMODA, ET FRUCTUS.

Studia te clarum, & nobilem exercit: sine studio æger est animus. Singula (inquit *Epicurus*) tangentes, notiore te epistole meæ facient, quam omnia ista, quæ colis, & propter quæ coleris: studium ingeniorum crescit dignitate, nec ipsi tantum honor habetur, sed quidquid illorum memoria adhæsit, excipitur. *Sen. 21. Epist.*

Studia etiam salutis corporis profunt: In remedium enim cedunt honesta solatia, & quidquid animum erexerit, etiam corpori prodest. Cogito, quàm multi corpora exercere: ingenia, quam pauci, quantos ad spectaculum lusorum, vel luctatorum fiat concursus, quanta sit mentis bonæ sollicitudo, quàm imbecilli animo scienti quorum lacertos, humerosque mirantur. *Epist. 81.*

Otium sine literis, mors est, & vivi hominis sepultura. Alit lectio ingenium, & studium fatigatum, non sine studio tamen D reficit, nec scribere tantum, nec legere debemus altera res confertur vitæ, & exhortatur: de stylo dico altera solvit, ac diluit, invicem hoc, & illo commutandum est, & alterum altero temperandum, ut quicquid lectione collectum est, stylus redigat in corpus. *Epist. 87.*

Que studentibus præstat, & obstat.
Tria sunt studentibus necessaria: Natura, Exercitium, Disciplina. In natura consideratur, ut facile audita præcipiat, & præcepta firmiter retineat. In exercitio, ut labore, & sedulitate natura sensum excolat. In disciplina, ut laudabiliter vivens mores cum scientia componat. *Hug. lib. 3. Didasc.*

Tria sunt, quæ præcipue studiis legentium obesse solent: Negligentia, Imprudentia, Fortuna. Negligentia est, quando ea quæ discenda sunt, vel proflus prætermittimus, vel minus studiosè discimus. Imprudentia est, quando congruum ordinem in his, quæ discimus, non servamus. Fortuna est, in eventu casuum, five naturaliter contingentes quando, vel paupertate, vel infirmitate, vel naturali tarditate, five etiam doctorum raritate, à proposito nostro retrahimur. In his autem tribus de pri-

mo, id est, negligentia lector admonendus est, de secundo vero, id est, prudentia instruendus, de tertio, id est, fortuna E juvenandus. *Toid. lib. 1.*

Vide, Doctrina, & in particulari varias Species Disciplinarum. Item Locum de Schola.

* Stultitia. Stulti.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

STULTITIA Græcè *stupia*, undè *stupos* stultus. Hebraicè *Inveleb.* Amentia *Ebil.* stultus. dicitur etiam *Thefel*, id est, tortuositas. unde *Chefil* stultus à *Casab.* inconstans fuit, habetque cognitionem cum *Sacia*, pravus fuit, depravatus est. Denique stultitia nominatur ab Hebr. *Nebulah*, & stultus *Nebah*, id est, vilis, *quædams. fol.* vel *fual.* à verbo *Nabel*, flavus fuit, emareuit, & per metaphoram, palliuit, viluit. Nam ut flores naturali humore destituti palliunt, flavefunt, & decidunt, ita stultus vigore iudicii, & rationis exutus, vilis est in oculis Dei, & hominum pliorum. Est autem stultitia in factis, diciturque perignorationem recti, ac boni erratio, *sec. Lacl. 1. 3. diuin. in hui.*

Stulticia importat hebetudinem sensus spiritualis. Fatuitas autem totalem privationem ejus. Ideo prima opponitur contraria sapientia: secunda vero privat. *Ex B. Thom. 2. 2. q. 8. art. 6.*

Stulticia dicitur à stupore: Quia stultus est, qui propter stuporem non movetur. *secund. Arist. lib. 2. Eth. 1. 9. 46. Thom. secundæ. Secund. art. 1.*

Stultiloquium Græcè *stupologia*, dicitur, significatque perverfam sententiam præsertim, per quæ quis præsert delectationes luxuriæ aliis bonis, *secundum B. Thom. secundæ secundæ q. 113. art. 5.*

APOPHTHEGMATA.

BION interrogatus, quid esset stultitia, respondit: proficendi impedimentum. *Stob. serm. 4. de imprudentia.*
Crates stultos homines dicebat terebris esse similes, quod nisi vinculis, & aliis coacti, officium suum non faciunt. *Ibidem.*

SOCRATES dicebat, stultos temulentos debacchari, adverte fante fortuna, *ibid.*

Idem, Stultis (inquit) sicut infantibus, utcumque levis occasio fatis est ad luctum, *eod. serm.*
DEMOCRITUS: Hujus in stultitia præditos homines extant hæc dicta apud *Stobæum*: Stulti cum vitam oderint, tamen vivere volunt mortis metu. Vivunt non delectati vita. Desiderant juventutem, cum nullo juvenæ commodo fruuntur. Desiderant absentia: presentia verò, etsi meliora præteritis, negligunt. Nihil approbant per totam vitam. Mortem timentes, senescere cupiunt.

Idem, Timidum contra seipsum arma gerere dicebat, stultum autem pecunias, *Stob.*

Idem, Dicit eisdem in stultos hæc occurrunt apud *Stobæum*: Neque *ACHILLIS* arma Theristi, neque animi bona homini stulto conveniunt. Videtur agroti, & bona fortuna stulti multum continere molestiæ. Tònitrua pueros in primis, & mine stultos teritant.

EPICURUS dicebat inter cætera mala hoc quoque habere stultitiam, quod semper vivere incipiat. Id est, homines quodiè nova vitæ fundamenta ponunt, & novæ spes etiam in exitu H vitæ inchoant. *Sen. epist. 13. ad Luc. 1. 9. 15.* Stulti vicia (inquit) ingrata est, trepida est, tota in futurum fertur.

XENOPHON, Divitem stultum fordes inargentatas esse dicebat. *Max. serm. de divit. & paupertate.*

Sophocles in Asace:

Oi vis vnai yvwaui, avayon xpoivi.
Exoptes de vnae vpi as in bado.

Homines enim male mentis bonum præ manibus Habentes non cognoscunt, antequam amittantur.

Hor. 1. Epist. 1.

Virtus est vitium fugere: *Idem sapientia prima, Stultitia caruisse.*

Max per Auson.

Quid stulti proprium? non posse, & velle nocere.
Lovani ante ædes quædam hi versus inscribuntur:
Omnes stultitia leges, & jura sequuntur.
Omnes stultitia sub ditione manent.

STULTI HOMINES.

De Stultis etiam egimus in loco de Furore, quatenus scilicet...

POPULI STULTI.

Atlantes Africae populi Solem transcendentem execrantur, etque omnia comitia ingerunt, quod torridus & ipso...

Trojani pariter, & Graeci, ob unius MENELAI, & PARISII stultos amores...

Qui pristis temporibus Boeotiam regionem incolebant appellabantur...

AGESTILAIUS apud Nectanabim in Aegypto merebat. Mendicis quidam Rex contractis...

Cum quidem fuisse ingeniosus, modestos, justos, honestos, ac probos viros esse in palaeatraque, & choris eunucos...

Cum

Proxima Bæoti, quorum crassissima gens est, Notavit & Horatius...

ARCADÆ olim male audierunt ob stuporem ingenii. De quorum immanitate multa Athen. lib. 14. qui primi musicam omnem in civitatem recipere noluerunt...

LESBIT, & CUMANI in Eolide supra Lesbum notati sunt stoliditatis, ut indicat Stephanus. De his talis narratur fabula. Afinus quispian peritiam fertivitem, abrupto loro in sylvam auferat...

AGESTILAIUS apud Nectanabim in Aegypto merebat. Mendicis quidam Rex contractis cum hominum infestis intabab...

ABELLA Sicillia civitas, auctore Stephano, cujus civitas male audiebant olim, ut stupidi, & quibus facile imponeretur. Apud hos igitur etiam contemptus alibi, magnum aliquid esse poterat, unde proverbium, Quid non fies Abelas profectus...

ABELLA Sicillia civitas, auctore Stephano, cujus civitas male audiebant olim, ut stupidi, & quibus facile imponeretur...

Cum Graeci praelara de XANXE Perfarum rege victoria in libertatem sese affuerunt. Eleutheria sacra Olympio Jovi facere instituerunt. Sed ambitio, & avaritia Athenienium, & Spartanorum...

Quo loco interpres adscribit fabulam hujusmodi: CUM NEPTUNUS à Minerva victus, non posset Attica regione potiri, irarus immisit illi insulas id est, lava stultaque confilias...

ATHENIENSIS POPULI STULTICIAM ipsorummet poetas, & oratores perfrinxere. Sic Aristophanes in Nubibus...

EUPOLIS, apud Suidam, in Athenienum libro decimo in eo loco sic invenitur. Ois d' de ad elid' o' ai' antostes pei...

ITEM ARISTOPHANTES in Renuis: Των πολιτων δ' ο' ο' μιν αναντας επεταρας...

CIVITUM QUOS QUIDEM SCIMUS ingeniosos, modestos, justos, honestos, ac probos viros esse in palaeatraque, & choris eunucos, & musica, illos expellimus: fabris autem, & peregrinis, & Pyrrhis (id est, servis) & malis...

ABERITAE in stirporis, infanzique fabulam abiere, quod perispicuum est ex epigrammate Martialis l. 10. Aberitanae pectora plebis habes.

LAPI, vel Lapones, populi Septentrionales ab innata va-

cordia in proverbium Germanis abierunt, ut vulgo stupidi, & inepti homines Lappi dicantur. Quandi nulla commercia cum vicinis habuere, ignorarunt domesticarum pellium precium, earumque magnam copiam levium rerum repetitione commutare solebant. Sieglers in Scandia.

SINGULI HOMINES.

NABAL Ziphæus ex posteris Caleb, homo dives, ac stultus fuit respondente ingenio homini. 1. Reg. 26.

ELPENOR Ulyssis locius, in Circes adibus vino, somnoque gravatus, per scalam decidit, & cervicis fregit. De eo sic Ulysses Odissæa n.

SAMNAS fatuus à Cratino comedo introductus, unde & Latini subnatioem, & Graeci stultos Samnos vocant. Eustachius Odissæa n.

ACHÆUS, Callicon cognomine, fidele vas pulvinaris loco capiti supponebat. Verum quia dicitur illius offendebatur, paleis implevit, ut mollis haberet cubile, Cognomen Calliconis obtinuit de sacris deo p'phano, hoc est, per antiphrafin. Eustachius Odissæa n.

MARGITES everfa Troja, Priamo suppedit laturus venit, Nobili, & locuplete patre natus fuit. Uxorem duxit virginem, neque tamen illi commiseri voluit. Astuta virgo se vulnerata tam in Pectine asserit, & virili licinio curari petit. Margites, dum chirurgum se prestare cupit, mariti officio fundus est. Vox ficta à μῆ & ἔργον, quod ad nullam actionem esse utilis, Erat autem Margites titulus operis, quod à quibusdam tribuebatur Homero. Ex Aristotile libro Nicomachion 6. sic describitur ab Homero:

Τὸν δ' οὖτ' ἀρ' ανακτήρησει δ' οὐκ εἶθε ἀπόρρητα, Οὐτ' ἀλλὰ σοφῶν. id est. Hunc neque fossorem voluerunt numina divum esse, nec agricolam, nec in ulla prætereā re scitum aut egregium

ERASMUS in Adagii ex Eustachio. PLUTARCHUS in libello de Facie, quod apparet in orbe Lunae, de Phanace quodam narrat, qui metuerit, ne Luna decideret in terram, quiq; commiseratus sit eorum vicem, qui Luna forent subiecti: cuiusmodi puncti Aethiopes, & Taprobiani, si tantum pondus in eos rueret. Idem veritus de terra, eaeoque, nisi columnis Atlanticis fulciturus.

AMPHISTIDEM tradunt magno labore usque ad quinque G numerate didicisse ultra verò progredi non potuisse. Et ipsam suam attingere non fuisse ausum, veritum ne à puella apud matrem accusaret. Ignorabat, an ex utro parente natus esset. Suidas.

XENOPHANTUS stultus, quò magis risum cohibere nitabatur, eo ridebat profusius. Ravinius. Cujus Aristophanes in 7. Esbicorum meminist.

BAGAS quispian stupidæ mentis, & attonitæ. Plut. in Colleganeis. Unde ortum adagium. Ut Bagas constituiti.

MAMMACUTHUS sola insignis fatuitate. Unde Mammacuthi dicuntur, hiantes stupidi. Aristophanes.

MELITIDES ultra quinque numerate non potuit. A quonam parente, patre, an matre editus in lucem esset, ignoravit. Uxorem ducere noluit, ne se apud matrem accusaret. Eustachius in Odissæa n. Suidas Aelianus l. 3. everfa Troja auxilium Priamo tulisse scribit. Comico notus est convitiis, sic ut in proverbium abierit, μαρτύριος μαλακῶν δ' Stultior Melitide: felicissimus interim, quod cum Homerus suo nobilitari carmine. Erasmus in Adagii.

De MELITIDIS sodali Coræbo Pausanias admonuit. Coræbum, unâ cum Curalione, ac Melitide ab Aristophane inter fatuos numerari. Eadem Suidas. Maris undas numerate conabatur, cum tamen non posset ultra quinque profegui supputationem. Eustachius in 10. Odissæa n. Luciano in Amor. Addunt quidam Coræbum hunc Mygdonis Phrygis fuisse filium temporibus belli Trojani. Meminit & Virgilius Coræbi cuiusdam.

juvénique Coræbus venerat infano Cassandra captus amore: Et genen auxilium Priamo Phrygibusque ferebat. Var. bist.

Servius indicat sumptum ex Duphronide. Aelian. lib. 13. Var. bist.

CÆCULIO quidam stultus præ nimia stoliditate numerate conatur. Idem. SANNYTIONEM adeo stupidum fuisse ferunt, ut in lecytho scalarum

qua *impium* stultum agere, quemadmodum nos à Poeta po-
 A tari, à juvene juvenari. *Seneca.*
 HELIOGABALUS Imperator ad decem milia pondi arana-
 rum collegit, ex his intelligere testatus, quam magna esset
 Roma. Exhibuit & decem milia murium, mille mustelas,
 Passiflos rotis alligatos, atque in orbem circumactos, aquis in-
 terna parte mergebat, Ixionios appellans. Ridebat tam incom-
 posite, ut theatro pleno unus omnium ridens dignosceretur. *Sab. lib. 6. En. 7.*

HONORIUS Imper. ignaviae suae significationem saepe aliàs,
 sed tum potissimum dedit, quando Romam ab Alarico
 Gotho captam à quodam suorum audivit. Attonito enim
 simili, ubi ad se rediit, cum lacrimis exclamavit: Et
 quis gallinam dilectissimam (habebat enim in deliciis au-
 tem illam Romae cognominem) hosti prodidit? At cum
 alter urbem Romam non gallinam, ab hoste excivam in-
 gemarct, susque deque ferre visus est nobiliss. urbis casum.
Zonaras.

THEODATUS ab Amalafuenta Theodorici F. post mor-
 tem Atalarici F. ex Eutharico susceptus, confortata sua, in
 regni thoricque consortium acceptus, vir doctus, & in philo-
 B sophia versatus, sed natura imbellis, & ad res gerendas ine-
 ptius fuit: nisi quod reginae virtus multas regis ineptias pro-
 dederunt omnia administrando tegebat. At postquam eam per-
 fidus homo necandam curavit, in omnium odium incidit. Ju-
 stinianus Imper. armis necem Amalafuentae persecutus erat.
 Theodorus dama timidior imperium se sponte depositurum,
 & in otio literario victurum promisit, si sibi in annum sum-
 ptuos aurei mille ducenti ab Imper. numerarentur. Jamque per-
 legatos pacta rata erant, cum Theodatus intellexit, Gothos
 suos magna clade Graecorum exercitum in Dalmatia affecisse.
 Ergo pactis neglectis, armis Justiniano resistere voluit. Ca-
 terum amissa Sicilia, captaque à Belisario Neapoli, cum
 suis opem frustra implorantibus Romae in pecunia aggerenda
 desideret, desertus à Gothicis, Vitige rege creato, immiso
 Opatre pereursore, in fuga interfectus est, anno regni ter-
 tio, & Theodiscus F. in carcerem conjectus, *Procopius, &
 Amal. lib. 1.*

PHILIPPUS Bardanes Imper. disertus, & prudens, ad
 res autem gerendas ineptissimus, & ingenio plane sinistro.
Zonaras.

ROMANUS III. Constantini Imp. F. puer adhuc voluptatibus
 C deditus, curam reipub. Josepho primario suo cubiculario
 commisit, ipse in aliam nullam rem incubuit, quam ut cum exo-
 letis, ac impuris hominibus scortis, mimis atque scurris
 vitam transigeret infamem. *Cedrenus.*

RANIMIRUS nothus Sancti majoris, è conobio à Tatraco-
 nensis principis è Gothorum prosapia sub annum Christi
 1017. Rex constitutus, contra Saracenos suscepta expeditione
 cum sinistro brachio scutum, dextro lanceam adaptasset, mox
 frena equi apprehendere jubebatur, qui postum, inquit, utra-
 que manu occupata, nisi denticibus hac retinenda, qui porrigat?
 Hic risu solutus proceribus, tantam concepit indignationem,
 vir aliqui minime malus, ut Oscam evocatos primarios xi.
 secuti percussit, id unum vermacula dicens lingua Nosabe la-
 voluptate con quien tropicia, nesciebat vulpecula, cui illu-
 detet. At ubi se propter imperitiam rerum magis magisque
 ludibrio esse vidit, regni, & filiae Huracae tutela Alfonso VII.
 Castellonensis commissa, ad monachos rediit. *Collennius l. 1.
 bist. Neapoli.*

PREMISLAUS Boemorum dux successorem habuit filium Ne-
 D zamilium, quali tu dicas, hebetem, nullique cogitationi ido-
 neum. Quicquid ageret, id alieno praesidio agebat. Proinde va-
 ricatam usus est Premislaus, qui filio nomen Nezamislii indide-
 rit, cum ipse ob providentiam Prometheus fuerit. Etenim Pro-
 metheum Boemi sua voce Premislaum appellant. Epimetheum
 vero Nezamislium. *Dubravius lib. 2.*

MORDACHUS, Roberti Stuart F. Roberti III. regis nepos, ca-
 pto ab Anglis Jacobo I. rege patruelis, in Scotia regni guber-
 nator in patris locum ductus, ad nullam rem minus erat, quam
 ad eam provinciam aptus, ad eam in eo multa, contrariaque vicia
 inerant. Interdum enim adeo rufus est animo dejectus, pav-
 idus, timoreque percussus, si qua nunciarentur ad versa, ut à ne-
 mine erigi posset. Interdum majore, quam res poscebat, crudeli-
 tate feroc. *H. Boetius lib. 16.*

CAROLUS V. Francorum rex, & re, & cognomine Sapiens ha-
 bitus, parum sapienter tamen egisse visus est, quando amoris
 plus quam Reip. consilium, freta Magarita Flandriae comitis
 unica filia, comitatum illum ad Burgundiam ducem dotali jure
 delabi passus est. Inconsultissime vero quando decretum pro-

mulgavit, uti regis filii quantumvis impubes in regno
 succederent, coronarentur & sacrarentur, suorum subie-
 A ti arbitrio. Mox enim sub filio ipsius Carolo VI. Gal-
 lia variis ob aetatem regis agitata fuit seditionibus. *Aemil. lib.
 9. c. 10.*

CAROLUS VI. Gallorum rex mente, solo nomine rex. Ludov-
 vicus Aurelianus Dux, frater, regnum gubernabat. Einvi-
 dens Joannes Burgundus Dux, interficiendum curavit. Hinc
 amulatione factum Gallia inestlinis agitata bellis, Anglià
 Burgundione evocati, regnum occuparunt, & regem suum
 redactio potestatem, quas voluerunt federis conditiones
 scripserunt. *Polyd. lib. 23.*

CAROLUS VIII. Gallorum rex, qui magno cum Italiae pro-
 Neapolitanum regnum subegit, quamvis fortunæ donis pro-
 clarissime est cumulatus, tamen omnibus ferè naturae, animi-
 que dotibus vacuum erat. Certum enim est, cum à puero con-
 stitutione admodum infirma, corporeque male affecto fuisset:
 statura brevi, vultu verò excepto vigore, atque oculorum di-
 gnitate, turpissimo: reliquis autem corporis partibus ita com-
 positus, ut monstro similior quam homini videretur. Neque
 solum nota bonarum artium profusus curavit, verumetiam
 communium literarum notas ignoravit. Imperandi quidem cu-
 pidissimus fuit, sed ad quidvis potius quam ad imperandum f-
 aptus, propterea quòd à suis perpetuo circumactus, cum eis
 neque Majestatem, neque auctoritatem ullam retinebat: à
 laboribus, & negotiis omnibus alienus: in iis tamen quibus
 operam accomodabat, omni prudentia judicioque destitutus.
 quòd si forte quid in eo laude dignum apparebat, si qui
 penitus introspiceret, à virtute quam à vicio id remotus esse
 compertisset. Erat in eo quadam ad gloriam propensio, ve-
 rum impetu magis, quam consilio: liberalitas quoque,
 at inconsculta, & sine modo, ac delectu: immutabilis inter-
 dum in deliberationibus, verum ita ut pertinacem potius,
 quam constantem diceret: ac quàm ubi bonitatem appellaret,
 ea verius supor atque animi remissio quædam erat appellanda.
Guic. lib. 1.

LUPOVICUS XII. Gallorum rex talis erat, ut potius re-
 tore indigeret, quam ipse alius gerendis aptus esset. Ita-
 que apud eum Georgius Ambovillus, Cardinalis Roto-
 magensis, in tanta fuit auctoritate, ut ferè nunquam ab
 ejus sententia discederet. Quomobrem ille sua potentia fretus,
 sepe de rebus deliberaret, & per se negotio expedire audebat.
Guic. lib. 9.

MAGISTRUS quibus ali stulti, inepti.

JUNIUM Syllanum Asiæ proconsulem adeo fuisse desidem,
 adnotatum annales est, & principibus fastidium, ut cum
 C. Caesar peccidum auream appellare lit solitus. *Caesius lib. 11.
 cap. 1. A. L.*

Dion in xxxvii. libro *historiarum* narrat, Cn. Pompejum ma-
 gnae cum infamia sua curasse L. Afranium cum Q. Metello sie-
 ni consulem, ut acta sua confirmaret: at nihil inde opis tulisse.
 Ille namque, inquit, melius saltare didicerat, quam res pu-
 blicas administrare, ac regere. Meminit Cicero in epistolis ad
 Atticum per sepe, quas eo consule perscripsit. *Vitor. l. 16. Par.
 te d. cap. 12.*

Duces exercituum stulti, & imperitii.
 Ex *Sirata gematum titulus locus hic illustrari potest
 respectu Ducum, qui decipiuntur ab aliis,
 quocunque doli genere.*

Cum ponte Hellepontum apud Abydum, & Septem jun-
 xisset XERXES Persarum rex, expeditionem contra Graecos
 parans, atque is oborta ingenti tempestate dissolutus fuisset:
 indignè ferens stupidissimus rex hanc injuriam, jusse trecenta H
 verbera Hellepontio infligi, & in plagas per compedum de-
 mitteri. Misit quoque, qui signata Hellepontum inurerent, &
 colaphos incurterent aquis, hisse verbis: O aqua amara do-
 minus hanc tibi irrogat poenam, quod cum lassisti, qui de te ni-
 hil male meritis erat. Te tamen rex Xerxes, velis, nolvis, tran-
 smittet: meritoque nemo hominum tibi sacrificat, ut doloso pa-
 terit, & amaro luumini. Illos autem, qui pontem fecerant, cap-
 tate multavit. *Herod. lib. 7.*

PHILOMENES in tyrannum Lacedaemoniorum Nabi-
 dem Dux designatus, cum praelio navali alicum jaceret, in idem
 ac Epaminondas visus est impigisse, magnamque ex eo, quòd
 minus prosperè mari decertasset virtutis, & extimationis sua
 facile facturam. Ceterum Epaminondam referunt, quòd
 nollet civibus suis gustum præbere commoditatum marita-
 rum, ne pro statariis militibus, ut apud Platonem est in
 quarto de Legibus, imprudenti sibi nautae evadent, & vicio-
 si, ultrò re infecta ex Asia, & insulis domum repetisse. Philo-
 pomenes

phemenes verò scientiam terrestrem sibi ratus sufficere, vel in
 A pelago ad rem bene gerendam, didicit quantum momenti ad
 virtutem, & quam in omnia adferat ponderis exercitatio
 medietatis. Non modò enim mater navali ob imperitiam succu-
 buit: verum etiam navem, veterem illam quidem, sed cele-
 brem, post annos quadraginta deduxit, & complevit, quæ cum
 onus non ferret, adducti cives in periculum fuerit. *Plutar. in
 Philopomene.*

ARISTOCRATES Rhodiorum Dux, aspectu venerando, & pe-
 ne terribili. Quare Rhodii eum ex omnibus planè parèmpo-
 rio, & dignum principatu judicarent. Sed spe sua frustrati sunt.
 Nam cum ad res gerendas tanquam ad ignem ventum esset, in-
 star adulcerini namifmatis, expectationi hominum de se non
 respondit. *Suidas.*

Debellatis Veis, captus est illorum Dux: qui cum es-
 set provectæ ætatis, visus est rem imprudentius gessisse,
 quam pro ætate. Unde mos inolevit, ut quoties Romani
 ob partam victoriam immolantem vitulam, fenum purpura
 indurum per forum in Capitolium inducerent, bullaque ad
 collum appensa; quod tum erat puerorum insigne, præco
 Sardinios venales pronunciarer. Hetruria enim caput Veii
 sunt, & Hetruscis Sardiniorum coloni putatur. *Plutarch. in
 B Romulo.*

Cn. POMPEIUS bello civili, relicta Italia, classem stulta
 Themistocles confendit imitatione. Themistocles enim Xer-
 xem in Asiam turpi fuga redire coegit: Pompejus Italiam Cæ-
 sari ditiendam impunè reliquit, dum patriæ incolomitati
 consuluit, eam in peregrino solo victus cum vita amisit. Idem
 in acie Pharfaliæ quietos suos hostium impetum excipere mo-
 mens, magnam victoria monumentum, vel ipso Cæsare teste,
 amisit. *Plutarchus.*

OTHO Caesar ad Bebricum cum Vitello pugnaturs,
 in eo primùm peccavit, quod legiones ex Myfia, & Pan-
 nonia jam adventantes non expectavit. Secundo, quòd retrò
 Braxillam concedens, conspectus sui reverentiam, & studium
 C eripuit cerantibus. Tertio, quòd validissimos, atque impi-
 gerimos sipandi corporis sui causa, & secum abduccens
 equites, peditesque, quasi corporis vires detraxit. *Plat. in
 Othone.*

ISAACUS, Sebastocrator, gener Alexii Angeli Impera-
 toris, cum exercitu contra Blachos missus, recenti victo-
 ria elatus, hostes in Serranum agrum incurfare cum audisset,
 C statim signo turba datus, primus in armis equo consensu ha-
 stam in hostes vibravit. Eum lais habebis circiter xxx. sta-
 dia processisset: equitatum, & pediatum ita fatigavit, ut pugna
 tempore inutiles essent. Ergo ut mediis cubitus iunctis, multis
 suorum amissis, tandem & ipse à Scythis capus est, *Nie-
 tas lib. 11.*

CAROLO VIII. Gallorum Rege Piſas veniente, Piſani Regis
 permisso Florentinorum juncum excuserunt, & mox Florentini
 Regis id factum perosi, Petrum Medicem expulserunt. In his mo-
 tibus vulgò jactatum illud clucere potuit, homines, appropin-
 quantibus fatis, prudentiam imprimis, cujus ope imminentes
 vitare calamitates potuissent, amittere. Nam & Florentini om-
 ni tempore de Piſanorum fide maximè ancipites, bellumque
 tam periculosissimum in foribus habentes, Piſanorum præci-
 puous, quemadmodum ad suam securitatem in quovis levissimo
 motu solabant, Florentiam non evocant: nec Petrus Medicus
 tot imminentiùs periculis, extremo milite forum, curiamque
 minuit, ut multo leviori suspitione sapienter aliis fuerat
 factum. Qua proſitio magna iniecit hinc mutationibus im-
 pedimentum. *Guicciard. lib. 1.*

CYRANTUS Rethus anno 1571. Ludovici XII. Regis con-
 tra Julium II. Pp. Dux, propter summam Rotomagensis Car-
 dimalis Georgii Ambovilli patrii sui potentiam, & propter be-
 liberam Insulbriz, omnique regionum exercituum pote-
 statem, magna in Italia auctoritas, virtute tanto oneri admo-
 dum impar fuit. Nam in tanto honoris gradu constitutus, nec
 bellicas artes ipse per se norat, nec scientibus fidem habebat: ut
 cum patrii obitum imperitia ipsius non tam sublevaretur à
 gratia, quam à militibus tantum non contemneretur: quibus,
 ne se apud regem deserrent, maximam licentiam permittebat.
 Quare Trivulcius Dux in antiqua disciplina educatus, sapiens
 ve nunquam in postere Gallorum castra, nisi aut rex adisset,
 aut ipse cunctis præfret, adiurum sacramento confirmabat.
Guicciard. lib. 9.

FRANCISCUS Condelmerius Cardinalis ab Eugenio IV.
 legatus contra Turcas Hellepontum superantes, cum classe
 missus, sua imperia Turcas transire permittit, neque Christia-
 nos de illorum adventu admonuit. Itaque memorabilis illius
 L. B. Theat. vir. Human. Tom. VII.

cladis ad Vamam sua supiditate auctor fuisse videti potest.

Gavimbertus l. 6. de *Vitis Pontificum.*
 ERIC Haquini F. Danorum Regis expeditiones Sclavis
 non tam timori, quam ludibrio fuere. Infami cujusque in sol-
 venda militia arbitrium sequebatur. Saepè laxarum clamorem
 fecutus, classem dimisit. Eius mollitiae animati Barbari, non
 solum cum foris contempere, sed etiam domi invasere. In
 Fyoniam & Sialandia navigans, piratas post tergum imminere
 conspiciens, avidè petito litore, armentisque omnibus in
 prædam relatis, non sine robore, & metu navigio cessit. *Sa-
 xo lib. 14.*

Reliquerat CAROLUS VIII. Gallorum rex Neapolitanum
 regnum Ferdinandus illud ductus Conſalvi Magni, sibi in
 auxilium à Ferdinandò, & Isabella Hispania regibus missi
 recuperaturs, quantumvis remige, & militibus destitue-
 retur, & jam semel infeliciter, cum Gallis pugnaſſet, è Si-
 cilia solvite, cum lx. majoribus, & xx. minoribus navibus qua-
 rum pleraque propugnatoribus carebant. Mompenerius Gal-
 lorum Dux, repudians illorum consilio, qui Aragoniorum na-
 ves militibus malè instructas conicentes, classe, qua in portu
 stabat, repleta in hostem incurere suadebant, pulcherrimam
 victoria occasionem è manibus elabi passus est. Non multò
 post, cum Ferdinandus ad D. Magdalenam sanum militem in
 terram exponeret, Mompenerius haud minus ad audendum,
 quam ad timendum promptus, ex urbe, cum omnibus ferè
 suis copiis, ut ejus in terram descensum prohiberet, sese esse-
 dit. Neapolitani malleo aneis machinis in turribus templo-
 rum percussis, populo ad arma concitato, moxque portis oc-
 cupatis, palam Ferdinandi nomen conclararunt. Gallos
 hic repentinus tumultus sic perterrefecit, ut inter urbem jam
 rebellantem, & inimicum exercitum esse parum tutum rati,
 neque eadem qua exierant via se posse reverti sperantes, circa
 urbis muros via sanè longa, momosa, valdeque difficilis cir-
 cumdantis copiis in urbem redire per proximam arce Novem-
 potem deeerunt. Ferdinandus Neapolim iterea ingressus, to-
 tam urbem incredibili omnium lætitià, & plausu inquitavit.
Guicciard. lib. 3.

Belli Germanici, quo CAROLUS V. Protestantium spi-
 ritus fregit, infeliciter administrati, præcipua fuisse causa
 putatur, quòd non ex unius arbitrio res ageretur. Cum
 enim aequali essent potestate prædicti Jo. Fridericus Saxe,
 & Philippus Hassiae Langravivus, non semel accidit, ut
 acceptando peropportuna dilaberentur occasiones. *Sab. sup-
 plem. lib. 28.*

PRÆCO missus à CREONTE Thebanorum Rege ad Theſeum
 Athenas, persuasum, ne opem ferret supplicibus Argivis, juve-
 nis, & stultus, antequam exponeret, ad quid missus venisset, in
 Atheniensis reip. statum multis invecitiss est circa occasionem,
 Proinde Theſeus ubi argumentis ejus primùm respondit, &
 Democratiæ tyrannide potiorem esse ostendit, inquit, apud
 Eurip. in *Supplicibus*:
 Κλαίων δ' ὄνδρας, ὡς εἶσι τίσι τε πάρος ὄντος, ὑπάρχον
 προστά, ἢ τῶν ἀρχαίων χρῆσαντο ὑπὸ μιν ἐπιβουλεύει
 νέμει δ' ὄντι ἀντιπρὸς τοῖς ἀνθρώποις ἀνδράσι
 χρῆσαντο, ἀντιπρὸς δ' αὖτὸς ὑπὸ μιν ἐπιβουλεύει
 ἄλλοις ἀνδράσι, ὡς ἀντιπρὸς τῶν ἀρχαίων, ἢ ἡμῶν
 ἄλλοις ἀνδράσι, ὡς ἀντιπρὸς τῶν ἀρχαίων, ἢ ἡμῶν

Plens sanè redidisse, si te non misisset civitas, supervacua
 loquens. Nuncium enim convenit, dicentem quæcumque quis
 imperaverit, quam primùm à civitate abire. In posterum verò
 in meam civitatem Creon minus garulante mittat aliquem H
 nuncium.

ARISTOTEL Atheniensium tyrannus à L. Sylla obſeſſus,
 & victus rerum omnium inopia, Duos in castra ad Syllam mi-
 sit, qui ex tyranni sententia, non humili oratione, præſentive
 fortunæ accommodatae sunt usi, sed à Theſi laudibus & Eu-
 molpi exortis memoriam inde rerum adversis Medos, & alias
 gentes ab Atheniensibus gestarum, stultè, & insolenter execu-
 ti, non modò non flexerunt aliquo modo hostem, sed iis multò
 infestior factus, quam antea fuisset, beatos abire jusſit, retroque
 secum totam illam laudationem ferre: se à populo Romano
 Athenas missum, non capiendæ disciplinae causa, sed ut infi-
 dam urbem bello captam everteret. Nec ita multis inde diebus
 interjectis, noctu Athenas occupavit. *Sabell. l. 3. Ennead. 6. ex
 Plut. in Sylla.*

MUZA ab Ulita Miramonennio præfectus Mauritanie con-
 diturus, Roderico Rege Gothorum à Tarciduce suo interse-
 cto, & Hispania occupata, ut ipse quoque in gloria partem
 Z 3 veniret

